

PROLEGOMENA

NOTITIA HISTORICA

(Gallia Christiana vetus, t. VII, col. 68, in episcopis Parisiensibus.)

Theobaldi defuncti in locum communibus canonicorum votis suffectus est Philippus, Ludovici Crassi filius, frater autem Ludovici VII. Uxorem primum duxerat, at disrupto postea matrimonio, cum militiæ sacræ nomen dedisset, Henrici fratris, qui Cisterciensem ordinem inierat, in sacerdotia successit, archidiaconique, non decani, ut habet Robertus de Monte, in Ecclesia Parisiensi munus tunc obibat, cum electus est episcopus. At quæ Philippi virtus erat et modestia, in gratiam Petri quondam præceptoris dignitati lubens renuntiavit, archidiaconusque obiit anno 1161, memoratus in Necrologio pridie Nonas Septemb. et sepultus est retro majus altare sub capsâ sancti Marcelli cum hoc epitaphio : *Hic jacet Philippus filius Ludovici Crassi regis Francorum, archidiaconus Ecclesiæ Parisiensis, qui obiit anno 1161.*

Petrus itaque, Lombardus dictus quia Novariæ natus est apud Insubres, quam provinciam postea Longobardi incoluere, primis Bonaniæ studiis operam dedit, tum amore discendi incensus, in Gallias venit, episcopi Lucensis litteris sancto Bernardo commendatus, ut illi in Galliis necessaria procuraret. Remis aliquantulum temporis commoratus, eundi Parisios impetum concepit. Bernardus itaque ad Gilduinum Sancti Victoris abbatem scripsit epistolam 410, ut ei ad Nativitatem beatæ Mariæ victum subministraret. At tantum Parisiis profecit Petrus, ut non solum ibi permanserit, sed et docendi magisterium sibi sumpserit, qua quidem in exercitatione multum temporis insumpsit, magnamque scientiæ laudem consecutus est. Unde a clero Parisiensi Philippus electus præceptoris suo jam Carnotensi canonico locum et dignitatem gratanter cessit, quam ab anno 1159 ad 1160 tenuit Petrus, ut constat ex chronico Nicolai Trivetti (1), ex charta in annalibus Victorinis, qua Petrus canonicis hujusce domus asserit decimam apud Rezas anno 1159, episcopatus primo, et ex instrumento quo sanctimoniales de Edera investivit de tertia parte decimæ apud Athias, dato apud S. Victorem anno 1159, episcopatus primo. Id etiam confirmatur ex annis Mauriti, qui episcopatum auspicatus est anno 1160. Joannes Parisiensis ad eundem ejusdem Petri annotat obitum. Pauca nobis supersunt monumenta de ejus episcopatu, quippe cujus tempus brevius fuit : sed hoc unum, idque magnificum pro-

A pluribus erit; desumitur ex Chronico Ricobaldi Ferrariensis apud Claudium Etiennot temo VII Fragn. hist. pag. 186 : *Per hæc tempora Petrus Lombardus de territorio Navariæ agnoscitur clarus ingenio, qui librum Sententiarum composuit, vir peritus et humilis. Hic dum esset episcopus Parisinus, quidam optimates illius pagi quo fuerat genitus, causa salutandæ cum matre illius, quam cum eis ducebant, Parisios sunt profecti, et quia mater pauperula erat, eam ut decere opinabantur vestibibus ornaverunt. Quibus illa ait : « Ego novi filium meum, qui non gaudebit hoc cultu. » Profecti igitur ad episcopum Petrum matrem offerunt, quam ille intuitus, ait : « Hæc mater mea non est, nam ego fui pauperulæ filius, » et avertit oculos ab ea. Mater tandem comitibus : « Heu ! dixit, vobis dixi, novi filium meum et mores ejus, date mihi ut vestiam vestes solitas, tunc me noscet. » Resumpto ergo solito cultu ad filium reducitur. At Petrus ubi illam sic aspexit, ait : « Hæc mater mea est, hæc est pauperula mater, quæ me genuit, lactavit, fovit, educavit; » et surgens eam sinu suo suscepit, et se juxta fecit sedere. Hic etiam Pauli apostoli Epistolas utiliter explicuit. Defunctus sepelitur Petrus in ecclesia collegiata suburbii S. Marcelli, cujus tumulo legitur etiamnum hæc inscriptio : *Hic jacet Magister Petrus Lombardus Parisiensis episcopus, qui composuit librum Sententiarum, glossas Psalmorum, et Epistolarum, cujus obitus dies est XIII Kal. Augusti (2);* cui quidem inscriptioni perperam adjectus est posteris sæculis annus 1164.*

C Porro nemo est in theologis vel minimum versatus, qui de Lombardo non audierit. Summis hunc laudibus prosecuti sunt Matthæus Paris, Tritemius, sanctus Antoninus, Sixtus Senensis, auctuarium Affligemense et Aquicinctinum, Henricus Gandavensis, Opmeerus, Baronius et Bellarminus cardinales, Genebrardus, Possevinus, Massonus in Annalibus, Franciscus, sexcentique alii. Albericus in Chronico recitat egregias tanti viri lucubrationes, librum Sententiarum, Glossaturam super B. Pauli Epistolas, opus satis grande super Psalterium, et hæc est in scholis quæ dicitur Major Glossatura. Addit Aubertus Miræus ex Chronico Belgico eum compilasse ex dictis sanctorum Patrum, hoc est Ambrosii, Hilarii, Augustini et Cassiodori, commendabile opus Sententiarum, in divinis etiam Scripturis studiosissimum et notabiliter doctum fuisse, ingenio subtilem

(1) Spicil. tom. VIII, pag. 443.

(2) Sauval, tom. I, p. 432.

qui nomen suum cum tanta gloria transmisit ad posteros, ut suis opusculis theologorum schola ubique exercitata singulari veneratione Magistrum eum nominet. Sententiarum ejus libros commentariis illustrarunt doctissimi scholasticorum Guillelmus Antissiodorensis, Albertus Magnus, S. Thomas, S. Bonaventura, Guillelmus Durandus, Ægidius de Roma, Gabriel major, Scotus, Okamus, et Guillelmus Estius. Plures a Lombardo sermones scriptos asserit Eisingrenius. Libros ejus Sententiarum, partim scriptorum vitio corruptos et mutatos, partim Lombardi ipsius bona fide, sed non satis cauta, multis falsis citationibus et aliis mendis laborantes, ut qui plura ab Hugone de Sancto Victore et Glossa ordinaria mutatus est, ad veri regulas revocarunt tum Joannes Alealmus, tum Lovanienses; commentaria vero in Psalmos, quæ vocant Hymnos, et Soliloquia illustravit, et in lucem edidit Richardus Cenomanus. Cum autem primus theologiæ vastissimum pelagus totum aggressus esset, non mirum si vir alioquin doctissimus in aliquot scopulos erroris incurrat aliquando : loca videsis apud Sixtum Senensem in libris v et vi Bibliothecæ sanctæ annotat. 62 et 71. Apud Alexandrum vero III hæresis nomine cum fuisset insimulatus, quod docuisset Christum ut hominem non esse aliquid, summus pontifex Willelmo Senonensi archiep. mandavit ut in conventu episcoporum apud Parisios hanc Petri quondam Parisiensis episcopi doctrinam penitus abrogare studeret, theologisque docere juberet Christum ut perfectum Deum sic perfectum homi-

nem esse ex anima rationali et humana carne subsistentem. Scripsit quoque libellum contra Lombardum Joachimus abbas Florentis cœnobii; at vero in concilio generali Romano ipse accusator Joachimus damnatur anno 1215. Eandem Petri Lombardi doctrinam fortiter impugnavit Gualterus sextus prior Sancti Victoris Parisiensis quatuor libris nondum editis, qui in bibliotheca Victorina asservantur, in quibus eum annumerat Petro Abælardo, Petro Pictaviensi et Gilberto Porretano, quos appellat quatuor Franciæ Labyrinthos, vehementerque insectatur quod ad Aristotelicam dialecticam fidei altissima mysteria metiantur. Alii Petrum Lombardum plagii insimulant, dicuntque ex libris Sententiarum Petri Abælardi eum non parum profecisse, et Bandinum quemdam obscuri nominis theologum in quatuor Sententiarum libris, qui Viennæ prodierunt anno 1519, pene integrum exscripsisse. Vide Jacobum Thomasi De plagio litterario, a sect. 493 ad 502. In cap. *Fraternitatem* extra De donationibus in vetusto cod. ms. S. Germani a Pratis Alexander III scribens ad episcopum Parisiensem ait P. (Petrum Lombardum) decessorem ejus graves donationes fecisse in detrimentum ecclesiæ canonicis suis inconsultis. Quod spectat ad eos qui volunt Lombardi fratres fuisse Petrum Comestorem, et Gratianum ex adulterio natos, fabulam reprobat S. Antoninus, ex eo quod Lombardus patria fuerit Novariensis, Gratianus decreti compilator Etruscus, et Petrus Comestor Trecensis.

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

Histoire littéraire de la France, par des religieux Bénédictins, t. XII, p. 585.

§ I. — Histoire de la vie de Pierre Lombard.

Pierre Lombard prit son surnom de la Lombardie où il naquit, dans le territoire de la ville de Novare (3). Sa famille était pauvre et obscure (4), mais il eut le bonheur de trouver un protecteur qui lui fit faire ses premières études à Bologne. De là (5) il se rendit en France pour les perfectionner, apportant avec lui des lettres de recommandation de l'Évêque de Lucques à S. Bernard. Celui-ci l'envoya dans l'école de Reims, où pour lors enseignait vraisemblablement Lotulfe, qui étant Novarais lui-même, dut prendre un soin particulier de son compatriote. La renommée des professeurs de Paris l'attira depuis en cette ville. Son dessein n'était pas d'y faire

C une longue résidence. Ainsi le mandait S. Bernard (ep. 410) à Gilduin, abbé de Saint-Victor, par une lettre où il le priait de pourvoir pendant quelques mois à son entretien. Mais les charmes d'un séjour dès lors si commode et si avantageux pour les gens de lettres, le captivèrent bientôt et ne lui permirent plus d'en sortir. Ardent au travail, ses progrès conformes à ses efforts lui méritèrent une chaire de théologie, qu'il remplit durant plusieurs années avec la plus grande réputation. On prétend que pendant le cours de ses leçons il fut pourvu d'un canonicat dans l'Eglise de Chartres. Mais cette faveur, comme le prouve du Cange (6), tomba sur une autre personne du même nom, qui exerçait les fonctions de médecin auprès du roi Louis le Jeune (7). Une

(3) Paul Jove (*Hist.* l. III) dit que Pierre Lombard était né dans un bourg qu'on nommait communément *Lumen omnium*; ce qui lui fit donner, ajoute-t-il, à lui-même le titre de *Lumen omnium*. Nous pensons que le bourg dont il s'agit ici, est *Lumello* dans le Milanais, que les géographes prennent pour l'ancienne ville de *Laumellum*. Ce bourg est situé sur la rivière de Grogna, entre Valence et Vigevano.

(4) On ne s'arrêtera pas ici à réfuter la fable qui donne

Pierre Lombard, Gratien et Pierre le Mangeur pour trois frères utérins, nés d'une femme adultère. La distance des lieux suffit pour détruire cette fiction. Pierre Lombard était Novarais, Gratien Toscan, et Pierre le Mangeur était de Troyes en Champagne.

(5) Dubois, *Hist. eccl. Paris*, t. II, p. 121.

(6) Gloss. Lat. verbo *Archiater*.

(7) Baronius s'est également mépris en le confondant avec Pierre Lombard, ami de saint Thomas de